

ceret in Salernum. Et dixisse post tergum discedentis auditus est: „Quanta mala latent sub cuculla illa.“ Non enim linguę purgationis, ut scienti loquor ⁴⁶⁾, et disertionis potuit equanimitè ferre tonitruum nec verborum retundere vel declinare fulgura ignitorum. Factumque ^{a)} est ita, reditque imperator invitus, inglorius, flagellatus sicut per memoratum prophetam contra regem Egitti et Egittum universum sermo divinus alloquitur et apertius continetur in hec videlicet verba ⁴⁷⁾: *Fili hominis, rex Babillonis sevirè fecit exercitum suum severitate magna adversus Tirum, omne caput decalvatum et omnis humerus depilatus* et ea ^{b)} que secuntur, que non est huius loci vel temporis aperire; legat qui vult retro ^{c)} dicti loci anteriora capitula videatque, si non quicquid ibi de Tiro et rege Tiri typice legitur, Sicilie totum et regi eius conveniat sicut rei probat eventus.

Post tres annos, ut compleretur sermo Domini factus ad Ezechielem sub misterio ^{d)} veterum de prophetatione novorum, ecce inquit ⁴⁸⁾ *ego adducam ad Tirum Nabucdonasor regem Babillonis ab aquilone, regem regum cum curribus et equis et equitibus et cetu populoque magno et cetera*, que vastationis, direptionis, subversionis eventum ad unumquemque usque singula prosequuntur. Convertit se imperator talis veniens, qualis ita fuerat designatus, statimque terra concussa tremuit ante eum. Fecit iuxta voluntatem suam rex in bellatoribus timidis delicatis, in divitibus avaris et iudicibus iniquis, in speculatoribus hebreis, in sacerdotibus stultis; precipitavit *statuas, destruxit muros, subvertit domos, quiescere fecit multitudinem canticorum in sonitu organorum* ⁴⁹⁾.

Ingrediens Calabriam servus, qui morti non excederat ^{e)}, ita ut longius visum agnosceret ^{f)}, ostenderet, nominaret et saluaret accurrens, „hic est“ inquit „abbas Ioachim, qui dudum cuncta nobis tam adversa, que precesserunt, quam prospera, quę cernitis, prophetavit“. Denique tantam invenit gratiam coram eo et principibus eius, ut etiam locum nativitatis

^{a)} factusque *Hs., B.* ^{b)} *heia Hs.* ^{c)} *korr. aus ante Hs.* ^{d)} misteria *Hs., B.* ^{e)} *Statt der unverständlichen Worte: servus ... excederat usw. hat L: et statim Henricum sextum praecedentes cognoverunt eum (Joachim) a longe, indicaverunt, salutaverunt et venerati sunt in veneratione plurima. Imperator vero Henricus occurrens et venerans, Dei famulo salutanti ait: Hic est ...* ^{f)} agnoscerent *Hs., B.*

⁴⁶⁾ *Die Wendung: ut scientibus loquor (sic!) begegnet oft in Joachims Schriften.*

⁴⁷⁾ *Ezech. 29, 18.*

⁴⁸⁾ *Ezech. 26, 7.*

⁴⁹⁾ *Vgl. Ezech. 26, 11—13.*